

sancti Joannis Baptistæ præterito jamdudum Romæ fecit, cum Henricus adhuc ibi moraretur. Hanc sententiam legati sedis apostolicæ, videlicet Petrum Albauensis episcopus in Francia, Otto Ostiensis episcopus in terra Teutonicorum usquequaque divulgant. *Hæc Bertholdus.*

*Ad hunc quoque annum referenda quæ scribit Hugo Flaviniensis in Chronico anno 1084: Henricus Romanus veniens urbem cepit, muros evertit, Gregorium papam in turre Crescentis muro clausit, suumque papam in ecclesia S. Petri sedere constituit, ut impleretur quod scriptum est: « Cum videretis idolum abominationis stans ubi non debet, qui legit intelligat*

*(Matth. xxiv), » etc. Nec mutabat pardus varietates suas (Jer. xiii), Henricus scilicet nequitas suas; quinimo Romæ positos quotquot poterat iniis, terroribus, blandimentis, promissis sibi conciliabat, bella, cædes, homicidia per se suosque faciens, et totis quibus poterat viribus iniquitati favens, veritati resistens et insuper suis litteras mittens, quibus se Romam obtinuisse, papam dejecisse et omnibus omnino prævaluisse mendaciter confingebat. At vero Mathildis, etc. Gregorius igitur in turre Crescentis muro clausus legatos misit ad Robertum, Apulie ducem, ut veniret et obsidionem solveret, etc.*

## AD OPERA S. GREGORII APPENDICES.

### APPENDIX PRIMA.

#### OPERA A NONNULLIS S. GREGORIO ASCRIPTA.

##### I.

#### COMMENTARIUS IN VII PSALMOS PŒNITENTIALES.

*(Vide in S. Gregorio I papa, Operum ejus tomo V, col. 549, Patrologiæ tom. LXXIX.)*

##### II.

#### FRAGMENTUM EXPOSITIONIS IN MATTHÆUM.

*(FABRIC., Bibl. med. et inf. Lat., III, 92.)*

Expositionem in VII psalmos pœnitentiales, quam supra inter Gregorii I scripta retuli, parum certa conjectura Hildebrando aliqui tribuunt, sicut etiam Commentarium uberius in Matthæum, ex quo ms. in bibliotheca Lambethana Petrus Allixius in præfat. ad Determinationem Joannis, Parisiensis prædicatoris, de modo existendi corpus Christi in sacramento altaris, Lond. 1686, 8, protulit hoc fragmentum.

*Cum autem panis et vinum, inquit, dicantur a cunctis sanctis, et a fidelibus creditur transire in substantiam corporis et sanguinis Christi; qui fit illa conversio, an formalis, an substantialis, quæri solet. Quod autem formalis non sit, manifestum est; quod forma panis et vini remanent. Utrum vero sit substantialis, perspicuum non est. Quidam autem dicunt hic substantiam transire et converti, ut hæc fiat illa, nec tamen illa augeatur, nec concedunt quod hanc esse illam vere dici possit. Alii autem sic dicunt, hanc in illam transire et converti, quod sub illis accidentibus sub quibus prius erat substantia panis et vini, post consecrationem est substantia corporis et sanguinis, quibus tamen non efficitur. Nos autem, incerta relinquentes, quod auctoritatibus certum est profiteremur, scilicet substantiam corporis et sanguinis Christi converti, modum vero conversionis ignorare non erubescimus fateri.*

Subjungit post hoc clarissimus Allixius: « Hildebrandi, qui deinde Gregorius VII, esse hoc opus, verba quibus illud clauditur, demonstrant: **EXPLICIT EXPOSITIO HILDEBRANDI, SERVI JESU CHRISTI, SUPER MATTHÆUM, PER VERBA ET SENSUM HORUM EXpositorum ET SUTILITATEM GLOSSARUM VENERANDORUM MAGISTRORUM. ADJUNTO UT LIBRUM HUNC PER PRÆSENS EXEMPLAR CORRIGAS.** » Sed omnino audiendus Henricus Warthonus, qui, eodem ms. codice Lambethano usus, Commentarium hunc in auctario ad Historiam dogmaticam Jac. Usserii, p. 405, non Gregorio VII, sed juniore cuidam Hildebrando, circa annum 1150 tribuit. *Ascribam ejus*

no rectius lectori de commentario illo adhuc inedito possit constare. « *Hildebrandus junior exponit Evangelium S. Matthæi* ms. in bibliotheca Lambethana. S. Scripturæ ubertatam atque plenam, omnibus ex æquo Christianis paratam, sæpius deprædicat. Hinc illam comparat cum fermento, in mensione integra farinæ massa animatur; cum margarita, pro cuius acquisitione omnia sunt venduntur vinea, in quam Dominus omnes confertim servos ad operandum immisit; cum talento, quod peregre profecturus universis servis negotiandum concedidit; denique cum prandio, ad quod omnia hominum genera invitari voluit. Sic enim scribit lib. VIII, homil. 64, in illud Matthæi cap. te invitatis quod prandium meum paravi: *Prandium est doctrina justitiæ, et verba celestium mysteriorum de Dei Filio. Ex omni igitur lege, et ex omnibus prophetis et Scripturis, mensam S. Scripturæ orationis in qua mensa, doctrina omnis justitiæ et diversorum mysteriorum: quia diversi cibi sunt. Magnitudo et abundantia divinorum mysteriorum, quinimo cibi animarum, in mensa sanctæ Scripturæ invenitur.* Expositionem istam Hildebrando cardinali, qui postea Gregorius VII fuit, debere credidit vir doctissimus Allixius, qui ex ea descriptum de Eucharistia fragmentum edidit in Præfat. ad Joannem Parisiensem longe a Gregorii VII genio ac sententia abludit istius libri auctor. Ille hæreticos et Ecclesiæ adversarios ferro flammaque excidendos clamavit, et exemplo præivit; clavium potestatem Petro Christo datam super omne fas nefasque extulit; Ecclesiam super Petrum fundatam esse constanter et ordinem monasticum, cui impense favit, summo sibi studio addictum habuit. Iste e contra hæreticos nequaquam mulcandos esse contendit; de clavium potestate haud minus sobrie sensit quam Petrus, quod omnibusque ex æquo apostolis datam fuisse docet; Ecclesiam non super Petrum, sed super Christum solummodo ædificatam esse asserit: et monachorum ordinem Pharisæis semel atque iterum comparans, eorum tonsuram, vestes religiosas et vigiliis vellicat (lib. VI, homil. 42 et 50; lib. I, l. 69). His adde, Gregorium VII preces lingua populo ignota factas maxime comprobasse. Noster Hildebrandus ejusmodi orationem non obscure improbat, ad illud Matth. XXIII: *Excolantes culicem autem glutientes: Vae vobis, ad quos vitia Pharisæorum pervenerunt! Quia in tonsura, et orationis, et orationis labiorum, et jejuniis et vigiliis quibusdam nos quasi bonos ostendimus. Et cum sumus, quid aliud quam vitia olera decimamus; et relinquimus dilectionem Dei et proximi, justitiam, et simplicitatem, et humanitatem, puram in Spiritu sancto orationem, et alia virtutum germina?* quod rem extra omne dubium ponit, noster Bernardum citavit, Gregorio VII inferiorem. Ecclesiam enim vitia insectatus, ista subinfert: *Lege librum domini Bernardi Claravallensis abbatis de Schismate, valde bonum, quem scripsit Eugenio papæ, ibi plenius invenies descriptos errores malorum pontificum.* Hildebrandus itaque junior quidam hujus expositionis auctor fuit. Istum circa sæculi duodecimum collocavimus, tum quod certior calculus desit; tum quod et codicis ms. ætas, et loquendi modo modus, illi ætati optime conveniant. » Hæc V. C. Henricus Warthonus.

## APPENDIX SECUNDA.

### WIBERTUS ANTIPAPA (CLEMENS III).

#### NOTITIA HISTORICA.

(CIACCONI, *De Vitæ pontificum Romanorum*, pag. 340.)

is tertius, Parmensis, Guibertus de Corri- A ad S. Petrum x Kal. Aprilis Dominica Palmarum  
a vocatus, archiepiscopus Ravennas ab anno 1084. Cardinales fecit viginti novem, episco-  
o II factus, olim imperatoris Henrici IV pos quatuor, presbyteros decem, et diaconos quatuor.  
us, et, eo auctore, in schismate Romanus Obiit Romæ in arce S. Angeli post Kal. Septembr.  
creatus, contra Gregorium VII et ejus anno 1101; sepultus Ravennæ in cathedrali ec-  
es Victorem III, Urbanum II, et Pascha- clesia, et non longe post corpus ejus, exhumatum  
eo imp., sedit annos 21, menses et dies jussu Paschalis II, combustum est.  
creatus Brixini in Noricis a triginta episco- Schisma in Romana Ecclesia pessimum vicesi-  
maticis, auctore Henrico IV imp., vii Kal. mum tertium.  
a II, indictione III; coronatus Romæ

#### NOTITIA DIPLOMATICA.

(JAFFÉ, *Registra Romanorum pontificum*, pag. 443.)

berti bullis has sententias reperimus: B VERBO DOMINI COELI FIRMATI SUNT, CONFIRMA HOC, IST TERRA ET PLENITUDO EJUS; — CON- DEUS, etc. (8).  
C, DEUS, QUOD OPERATUS ES IN NOBIS (7); et: